



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De cerulei temperationibus. Cap. XI.


urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

LIBER

tur ex gummi subacto ad usum atramenti librarii, re
liq̄ tectores glutinū admiscētes in parietibus utūt̄r.

a. Locus
ad formā
laconia

b. forna
cula



Si autem
hae copiae
nō fuerint
parate, ita
necessita-
tibus erit
admistran-
dū, ne ex-
pectatioē
morae res
retinean-
tur, Sar-
menta aut
tædæ schi-
dia, cōbu-
rantur, cū
erunt car-

bones extinguantur, Deinde in mortario cum glutino
terantur, ita erit atramentum tectoribus nō inuen-
nustum, Nō minus si fex uini arefacta & cocta infor-
nacē fuerit, & ea contrita cum glutino in opere indu-
cetur, perquām atramēti suauem efficiet colorem, &
quo magis ex meliore uino parabitur, non modo atra-
mentū, sed etiam indici colorem dabit imitari.

De cerulei temperationibus. Cap. XI.

Cerulei temperationes Alexandriae primis
sunt inuētæ, postea item Vestorius putoe-
lis instituit faciendum. Ratio autem eius,

ē quibus est inuenta, satis habet admirationis. Are-
na enim cum nitri flore conteritur adeo subtiliter, ut
efficiatur quemadmodum farina, & æri cyprio limis
crassis (ut sc̄obis) facto immixta conspergitur, ut cā
glomeretur. Deinde pilæ manibus uersando efficiun-
tur, & ita colligantur ut inarescant. Ex aridæ compo-
nuntur in urceo fictili, urceus in fornace ponitur, ita
æs, & ea arena ab ignis uehementia conferuēndo
cum waruerint, inter se dādo, & accipiendo sudores
& proprietatibus discedūt, suisq; rebus per ignis ue-
hemetiam confecti æruleo rediguntur colore, Vsta ue-
ro, quæ satis habet utilitatis in operibus tectoriis, sic
temperatur. Gleba filis boni coqtur, ut sit in igne can-
dens, ea autem aceto extinguitur, & efficitur purpu-
reο colore.

Quomodo fiat cerussa & ærugo & sandaraca.

Capit. XII.

Cerussa, ærugineq; quā nostri erucā uo-
cant, non est alienum quemadmodum cō-
paretur dicere, Rhodii enim in doliis far-
menta componentes acetum suffundunt, & supra far-
menta plumbeas massas collocaunt, deinde dolia oper-
culis obturant ne spiramētum obturata emittat, post
certum tempus aperientes inueniunt ē massis plum-
beis cerussam, Eadem ratione lamellas æreas colloca-
tes efficiunt æruginem quæ erusa appellatur, Cerus-
sa uero cū in fornace coqtur, mutato colore ad ignis
incendium efficitur sandaraca, Id autem incendio fa-
cto ex casu didicerunt homines, & ea multo meliore
usum præstat q̄ qua de metallis per senata fuditur.